



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 76. Insulanus Gallorum postulata ad Papæ alloquim admissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

"ad illorum executionem urgeri, toto Sæcul. XVI.  
 "studio adlaboratus sim, quamvis hi A.C. 1562.  
 "exinde ingens damnum patientur:  
 "quinimo adhuc majora aggredierer, nisi  
 "certus essem, quod imminutis Sedis  
 "Apostolicæ reditibus Ecclesiæ hostes  
 "audaciores fierent, atque Ecclesia eo-  
 "rum insultibus magis adhuc exponere-  
 "tur, non sine ingenti damno omnium  
 "Catholicorum, qui Pontificio præsi-  
 "dio commissi sunt: in aliis vero ditio-  
 "nibus, quæ profano Ecclesiæ imperio  
 "non sunt subditi, ipsimet Reges, ac  
 "Principes in sua quisque ditione Ec-  
 "clesiæ disciplinam evertunt, cum ipsi-  
 "met tot dispensationes, ac insolitas be-  
 "neficiorum collationes cum tanta im-  
 "portunitate, ac precum vehementia  
 "extorqueant, ut eas denegare haud  
 "amplius mihi liberum sit.,,

### §. LXXVI.

#### *Insulanus circa Gallorum postulata ad Papæ alloquium admissus.*

Idem Orator in alia epistola die duo- Mem. p. 301.  
 decima Octobris ad Reginam Matrem  
 data referebat, quod pridie ad allo-  
 quium admissus de rebus Synodus  
 concernentibus cum Papa contulisset,  
 hic autem eidem significasset, circa  
 Gallorum Præfulum adventum Tridenti  
 nil disponi: cum ex Franciæ aula

Bb 3 nun-

**Sæcul. XVI**  
A.C. 62.

nuntiatum fuisset, quod Lotharingius  
Cardinalis suum discessum usque ad  
Biturgium expugnationem differret, ac  
postea Regem in Aurelianensi expedi-  
tione comitari vellet, proin vero fa-  
simile foret, quod vel ad Synodum mul-  
latenus, vel saltus nonnisi nimis leto-  
venturus esset: nihilominus quamprimum  
de ejus discessu certior fieret Pon-  
tifex, is de omnibus necessariis se pro-  
specturum pollicebatur, ut hic Cardi-  
nalnis honoribus suæ dignitati, generis-  
que nobilitati congruis Tridenti ex-  
peretur: „postea, prescribebat Orator,  
„Papa subridens addidit, Cardinalis Lo-  
„tharingius est alter Papa; nam ex suis  
„beneficiis trecenta aureorum millia  
„annuis redditibus percipit, proin ipse  
„abs dubio eximio cum Zelo in Synodo  
„adversus illos declamabit, qui pluram  
„possident beneficia: quippe id cum  
„majori decentia facere poterit, quam  
„Pontifex, qui præter Pontificatum  
„nil habet, hoc solo autem contentus  
„est.” Demum Pontifex ad Burdare-  
rium Cardinalem, qui huic colloquio  
præsens aderat, sermone converso huc  
ad eum dixit: „Ecce, frater mihi, ad  
„quam conditionem redactus sim: si  
„forte Synodus quoddam minoris mo-  
„menti negotium ad me remittit, Fran-  
„cise Oratores ibidem præsentes mox  
que-

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„queruntur, dicuntque, quod Syno-  
 „dus non sit libera, nihilominus me  
 „identidem sollicitant, ut præcipiam,  
 „quatenus Concilii libertatem in rebus,  
 „quæ tamen unice illud respiciunt, re-  
 „stringam... Ad hæc Insulanus a se Pon-  
 tiifici fuisse responsum narrabat, quod  
 a quibusdam Tridentinis Præsulibus  
 ejusmodi querelas fuisse sparsas mini-  
 me ignoraret, nunquam tamen intel-  
 lexisset, quod Regis Domini sui Ora-  
 tores talia sensissent, cum tamen certo  
 desuper fuisset admonitus, ut ea Sancti-  
 tati suæ exponeret. Enimvero nec Re-  
 gis voluntas, nec suorum Ministrorum  
 mandata eo abibant, ut Sanctitas sua  
 Synodo quicquam injungere cogeretur,  
 nisi quando nimia Patrum severitas per-  
 timesceretur, ut tum illos ad modera-  
 tionem, atque ad nonnihil remitten-  
 dum induceret, prout in nupero acci-  
 disset negotio, ubi Sessionis prorogatio  
 fuit eo fine petita, ut uberior de re-  
 formatione agi, atque amplius Franciæ  
 Prælatis Tridentum veniendi spatium  
 indulgeretur.

Ad hæc reposuit Pontifex: „ratio-  
 „nes, quas Galli ad petendam proro-  
 „gationem adduxerant, minime sincero-  
 „ex animo profectæ videntur: nihilo  
 „minus spondeo, me illarum rationem  
 „habiturum, quamprimum eos ad Sy-

B b 4 nodum

Sæc. XVI  
A.C. 1562

„nodum venturos rescivero: reformatio  
„n autem prospexi, quotiescumque  
„specialia fuere postulata, idemque  
„adhucdum facere constitui, prout in  
„nuperis meis literis significavi: si vero  
„Galli Synodum duntaxat eo ex fine  
„protrahi petunt, ut majores adhuc  
„expensas diutius facere compellar,  
„certi sint, me haud amplius Regiis  
„copiis ad bellum pecuniarum subsidia  
„transmissurum.. Postrema hæc ver-  
ba Pontifex commoto nonnihil animo  
proferebat, Oratorem redarguens, quod  
prius ad ipsum, quam ad Concilium,  
cum tamen Patribus legem imponere  
non posset, fese converterit, acrius vero  
eidem exprobabat, quod jam per ses-  
qui annum Franciæ Præfules Tridenti  
exspectarentur, & toto hoc tempore  
spatio iidem semper frivolis excusatio-  
nibus Papam decipere ausi fuerint, ja-  
ctata vana spe ad Synodum alliciendi  
Protestantes, ac præcipue Angliæ Re-  
ginam, propter quam Carolus IX. nul-  
lum non movit lapidem, ut Patres in-  
duceret, quatenus hanc Reginam præ-  
stolarentur: ut autem Pontifex mani-  
festum redderet, quod illa non modo  
Gallos decepisset, sed etiam, quod ejus  
potentia non minus Regi Christianissimo,  
quam Sedi Apostolicæ esset pertine-  
scenda, hinc Papa hæc subjunxit: „Nor-  
maniam

---

Sæcul.XVI.A.C.1562.

---

„maniam propugnaculis firmate, & Sæcul.XVI.  
„tunc videbitis, an Regina Angliæ sit  
„vobis adeo propensa, prout tamen  
„creditis.“ Hæc cum Papa loqueretur,  
eum interruptus Insulanus, dicens: „prior  
„Sanctitatis vestræ Legatus in Francia  
„Regem meum vestro nomine rogabat,  
„ut hanc Reginam eo induceret, qua-  
„tenus ad Synodum suos alegaret, se-  
„que ei submitteret, imo ipsamet San-  
„ctitas vestra in quodam colloquio ad  
„Sancti Gildasii Abbatem dixit, gra-  
„tum sibi accidere, quod Rex huic ne-  
„gotio fese ingereret, atque hanc Re-  
„ginam ad saniora persuadere niteretur..“

Hoc responso nonnihil placatus Pon-  
tifex Oratori hæc exposuit: „nec An-  
gli, nec Protestantes unquam in Sy-  
nodo comparebunt; se enim ibi con-  
damnatum iri, ac juris Divini decreta  
„nec mutari, nec corrigi posse haud  
„ignorant; unde de illis nonnisi sobrie  
„in Synodo disputandum censeo, unice-  
„que id fiat, ut ea, quæ Ecclesia Ro-  
„mana constanti fide hucusque tenuit,  
„colligantur, & confirmantur, cum au-  
„tem Synodus alibi jam declararit, quod  
„circa articulos jus positivum concer-  
„nentes totam rem nostræ dispositioni  
„relinquat, hinc te hortor, ut hac in  
„re ad Concilium recurras, omnibus  
„tamen, quantum ratio, & Religio per-

B b 5

mittit,

**Sæcul. XVI.** „mittit, Principum precibus me satis-  
**A.C. 1562.** „facturum polliceor., Ceterum ad hu-

jus colloqui finem Papa familiariter ser-  
mone Insulano narrabat, sibi nuntia-  
tum esse, quod Valentiensis Episco-  
pus a Calvinistis Lugduni morantibus  
fuerit captus, Castillionæus autem Car-  
dinalis indies magis, magisque a vere  
Religionis semita, ac status Ecclesia-  
stici munere deviet, denique subjunxit,  
consultissimum fore, si Aurelianensis  
Episcopus Regis Christianissimi legatio-  
ne in Synodo fungeretur, ut de loci  
prærogativa forte emersura evitarentur  
dissidia, eoquod Lunæ Comes non modo  
tanquam Hispaniæ Regis, sed & Cæ-  
sar's Orator ad Synodum esset ventu-  
rus, quamvis haud certo adhuc de ejus  
adventu constet, cum alia ex parte nun-  
tiatum esset, quod idem Comes Bohe-  
miæ Regis Filias in Hispaniam con-  
ducturus foret.

### §. LXXVII.

#### *Papæ consilium de restringendis Sy- nodi decretis.*

*Pallav. l. 18.  
c. II. n. II.* Interea Tridentinorum Patrum sollici-  
tudo examinandis quæstionibus circa  
Sacramentum Ordinis intenta erat, ac  
die abhinc decima octava Mensis Se-  
ptembris articuli postmodum discutiendi  
inter Theologos fuere distributi: cum  
vero